Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



&spirandi respirandique tractus uitam sustentat in corpore. Quoniam
ergo duo sunt in homine receptacula: unum aeris quod alit animam. alterum
ciborum quod alit corpus. ut flecti ceruix ac moueri facilime possit du
as esse per collum fistulas necesse est: cibalem & spiritalem quarum superior ab
ore ad ventrem ferat inferior a naribus ad pulmonem. Quarum natura
& ratio diuisa est. Ille h. qui est ab ore transitus mollis effectus est. & qui
semper clausus cohereat sibi: sicut ipsum quoniam potus & cibus. dum moti
& patefacta gula: qr corpales sunt spiritum cibi transmittendi faciunt.
Spus cc qui est incorporalis ac tenuis quia spiritu sibi facere non poterat
accepit uiam patentem: que vocatur gurgulio. constat ex ossibus flexu
osis ac mollibus quasi ex anulis in circite modum inuicem conpactis
& coherentibus fateteq; semp hic transitus. Nullam h. requiem medi me
andi habere spiritus potest: qr is. qui semp comeat: demissa uteliter de cere
bro membri portione. cui uua nomen est: uelut occursu quodam refre
natur. ne aut teneritudinem domicilij cum impetu veniens attritu pesti
lenti aura corrupit: aut tori nocendi uiolentia interius receptaculis pferat.
Ideoq; & nares breues. & sunt apte: que idcirco sic nominant. quia p eas
vel odor vel spus naris non desint. Tamen hec fistula spiritalis. non tantu
ad nares verum ad os quoq; mpatet in extremis palati regionibus: ubi
se colles faucium spectantes. uuam tollere incipiunt in tumore. Cuius
rei causa & ratio non obscura est: Loquendi h. facultatem non haberet
sicut gule iter ad os tantum ita gurgulio ad nares tantu pateret. Hec p
cedens ex eo spiritus efficere vocem sine lingue ministerio poss. & Aperu
it igitur uiam voci dina solertia ex illa fistula spiritali: ut poss. & lingua
ministerio suo fungi & vocis ipsius in offensum tenorem pulsibus suis
in verba concedere. Qui meatus si aliquo modo interceptus est. fit. mu
tum faciat: necesse est. Erat h. profecto qui quis aliam causam putat
cur homines muti sint: Non h. ut uulgo creditur uinculum gorgu
linguam: Sed hi vocalem illum spum per inures qi mugientes profu
fundunt. q uocis transitus ad os aut nullus omnino est. aut non sic pa
tes: ut plenam vocem possit emittere: quod plerumq; natura fit. Ali
quando & casu accidit ut morbo aliquo hic aditus obseptus. voce no
transmittat ad linguam: faciatq; de loquentibus mutos: quod cu acci
derit auditum quoq; obstrui necesse est: ut quare vocem emittere no pe
ne admittere quidem possit. Loquendi ergo causa patefactus est hic meatus.
Illud quoq; prestat ut in lauacris celebrandis: qr nares calorem ferre no
possunt. aer ferueus ore ducatur. Item si forte spiramenta naribus frigoris